



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Quod non oporteat plebeios psalmos in Ecclesia cantare, nec libros præter Canonem legi, sed solum sacra volumina noui testamenti vel veteris.

CANONES
CONCILII LAODICENI,

Ex interpretatione Isidori Mercatoris.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|--|
| I. De bigamis. | XVI. Vt sanctum euangelium Sabbatis legatur. |
| II. De his qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt. | XVII. Psalmos sparsim non licere confundi. |
| III. De neophytis non promouendis ad sacerdotium. | XVIII. De orationibus quotidianis. |
| IV. Non licere coram catechumenis clericos fieri. | XIX. De ordine orationum catechumenorum atque fidelium, & communionem. |
| V. Non licere clericis usuram vel fescupla accipere. | XX. De disciplina atque modestia clericorum. |
| VI. Non debere hereticos, in hæresi permanentes, in Ecclesiam ingredi. | XXI. De ministerio subdiaconorum. |
| VII. De Nouatianis & Quarto-decimanis. | XXII. De ministris, ut oratio non utantur. |
| VIII. De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus. | XXIII. Quoniam non oportet lectores vel psalmistas oratio uti, & sic legere. |
| IX. Non debere Catholicos in ea qua martyria sua heretici dicunt, intrare. | XXIV. De lectoribus & psalmistis, ut tabernacula non intrent. |
| X. Non debere Catholicam hereticorum matrimonio sociari. | XXV. Non licet ministris panem dare, aut calicem benedicere. |
| XI. De catechumenis Ecclesia. | XXVI. De exorcistis. |
| XII. De ordinandis Episcopis cum consilio Metropolitanæ & finitimorum Episcoporum. | XXVII. Non debere clericos siue laicos ad agapen vocatos, paries tollere. |
| XIII. Non licere populo ministros altaris eligere. | XXVIII. Non licere in Ecclesia accubitus sternere, vel agapen facere. |
| XIV. Sanctas oblationes pro eulogis in festiuitate Paschali ad alias parochias non debere transmitti. | XXIX. Non debere Christianos sabbatizare. |
| XV. De psalmistis. | XXX. Nulli Christiano licere, cum |

ANNO
CHRISTI
...

- mulieribus lauacra exercere.*
- XXXI. *De cauendis hæreticorum copnubiis.*
- XXXII. *Non licere ab hæreticis eulogias accipere.*
- XXXIII. *Non debere cum hæreticis aut schismaticis orare.*
- XXXIV. *Non eundem ad falsos martyres.*
- XXXV. *Non licere Christianis, derelicta Ecclesia, ad angulorum congregationes colligi.*
- XXXVI. *Non licere clericos magos vel incantatores esse, aut phylacteria facere.*
- XXXVII. *Non licere ab hæreticis vel Iudæis feriatica, qua mittuntur, accipere.*
- XXXVIII. *Non licere a Iudæis azyma accipere.*
- XXXIX. *Non licere cum paganis festa celebrare.*
- XI. *Episcopus ad Synodum vocatos non debere contemnere.*
- XLI. *Non debere clericum vel laicum sine epistolis peregrinari.*
- XLII. *Nullum clericum debere sine Episcopi sui iussione peregrinari.*
- XLIII. *Ministros non debere ab ostiis recedere.*
- XLIV. *Non debere mulierem ingredi ad altare.*
- XLV. *Non oportet per duas septimanas quadragesimæ aliquem ad baptismum suscipere.*
- XLVI. *Baptizandos debere symbolum fidei & discere & docere.*
- XLVII. *De his qui in egritudine baptizantur.*
- XLVIII. *Quia post baptismum chrismandum est.*
- XLIX. *In quadragesima Sabbato tantum & Dominica offerendum est.*
- L. *Non licere quinta feria septimana maioris ieiunium solui.*
- LI. *Non debere in quadragesima, nisi Sabbato & Dominica, natalitia martyrum celebrari.*
- LII. *Non licere nuptias fieri in quadragesima.*
- LIII. *Non licere Christianos ad nuptias euntes, cantare aut ballare.*
- LIV. *Non licere ministros altaris vel ceteros quoslibet, spectaculis quæ in nuptiis aut in scenis exhibentur, interesse.*
- LV. *Non debere clericum vel laicum Christianum ex symbolis conuiuia celebrare.*
- LVI. *Non oportere presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi, aut sedere in tribunalibus.*
- LVII. *Non debere in vicis & villis Episcopos ordinari, neque presbyteros sine præcepto vel consilio Episcopi aliquid agere.*
- LVIII. *Non oportere in domibus ab Episcopis vel presbyteris oblationem fieri.*
- LIX. *Non licere psalmos ab idiotis compositos, in Ecclesia dici, nec libros, qui non sunt Canonici, legere.*

CANONES.

SANCTA Synodus apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ conuocata ex diuersis prouinciis Asiæ, regulas exposuit Ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.